

PHOTOGRAPHIA
LUSITANIAE SELECTIOR,
L

NOVARUM ET ALIARUM MINUS COGNITARUM STIRPIUM,
QUAE IN LUSITANIA SPONTE VENIUNT.

DESCRIPTIONES.

FASCIC. I.^{mo}

AUCTORE

FELICE AVELLAR BROTERO,

D. M. AC PH., BOTAN. ET AGHOL. IN ACAD. CONIMBR. PROF., HORTI REG.
CONIMB. PRAEF. SOCIET. LINN. LONDINENSIS, ETC. SODALIA.



OLISSIPONE,

TYPOGRAPHIA DOMUS CHALCOGRAPHICAL, TYPOPLASTICAR, AC LITTERARIAL
AD ARGUM CABCI,

M. DCCCL

Cum facilitate S. R. Cdp.

CREPIS intybacea.

Lus. almeirao.

CR. foliis radicalibus runcinatis, s. sublanceolatis; pedunculis extremis binis ternisve, subcorymbosis; fructifidianibus revolutis, pappo stipitato.

RADIX fusiformis, jam simplex, jam inferne ramosa, crassitie digitii minimi, semipedem et ultra longa, fibris lateralibus comata, annua.

FOLIA radicalia in diversis individuis polymorpha, nunc runcinata, aut sublyrata, nunc obovato-oblonga, aut lanceolata, dentata, 5, 6, 7, 8 uncias et ultra longa, 2, 3, 4 et ultra lata, saepius glabra aut subglabra, interdum utrinque hirsuta, versus basin in petiolos alatos extenuata. Caulina et ramæa etiam multiformia, sessilia, amplexicaulia, acuta, sensim versus ramorum apices decrescentia, semper dentata, nunc runcinata aut cordato-sagittata, et tunc utrinque hirsuta, nunc oblongo-sublanceolata et tunc omnino glabra.

CAULIS sesquipedalis, bipedalis et altior, ex basi ad apicem ramosus dichotomus inferne saepius purpurascens, superne dilute viridis, persæpe fistulosus, angulatus, striatus, glaber, aut hirsutus insimulque leviter scaber. **RAMI** erecti omnes, saepius inferiores altiores; nonnunquam fere ad radicis collum plures, ut novi cespitosi caules, circum nascuntur dichotomi, cauleque primario longiores.

FLORES paniculati, subcorymbosi, ante anthesin subglobosi nutantes; pedunculis extremis filiformibus, subpubescentibus, striatis 1, 2, s. 3 uncias longis, binis, s. ternis inæqualibus, lateralibus medio longioribus.

BRACTÆ ad peduncularum insertionem aliæ sagittatae, aliæ setacea-subulatae, integræ aut integerrimæ, omnes pedunculis valde breviore.

CALYX communis duplex, polyphyllus; exterior foliolis 9 ad 12 calyce interno fere dimidio brevioribus, acutis, ovato-lanceolatis, costa viridibus, ibique nudis, ad latera scariosis, albido-subvillosis, insertione et longitudine inæqualibus, patentibus, etiam post anthesin, atque cum interno calyce, persistentibus: interior foliolis 9 ad 14, linear-lanceolatis, æqualibus, quinque lineas longis, unam fere lineam latis, viridibus, ad latera et apicem membranaceis et subvillosis, intus concavis, extus convexis, costa ad usque medium mollibus aculeolis fuscis scabris, in anthesi patulis, postea in pyramidem sulcatam clausis, demum in matrescentia reflexis.

COROLLA composita diametro 12 linearum ad 14; propriæ ligulatae omnes quinquedentatae, luteæ, radiantes subtus purpurascentes, calycis interno paulo longiores.

STAM. et **PIST.** ut in aliis congeneribus, sed styli longi, crocei.

SEMINA subulata, curviuscula, striata, subrufa: pappus simplicissime capillaris, stipitatus, albus, brevior quam semen una cum stipite supputatum.
RECEPTACULUM planiusculum, nudum, punctatum.

Floret Martio, et mensibus vernis.

Habitat in cultis pinguisibus, in solo calcareo-humoso, et ad vias circa Conimbricam, Olisiponem, et alibi.

Usus: planta tota amara, et inodora est: pecori non ingrata, et remedijs Cichorio intybo similis.

Obs. I. Affinis Cr. *vesicaria* et Cr. *alpina*, sed praeterquamquod plus illis polymorpha est, differt a *vesicaria* bracteis non ovatis nec pallidis, calyce interno non nimis viloso, externi foliolis non 5, s. 6, sed semper ultra 9, nec ipsis ovatis, obtusis, pallidis, nec formam vesiculosam effingentibus: ab *alpina* vero, quia flores non solitarii sunt, caulisque in nostra duplo altior, subcorymbosus; folia inferiora non spatulata, calyx internus non pilosus, nec externus soliola ovata arida habet; pappus tandem in nostra brevior est, quam semen una cum stipite supputatum.

Obs. II. Ob calycem calyculatum, et pappum vere stipitatum cum Taraxicio coniungerem, nisi in Taraxaco pappus subplumosus esset, et in nostra planta simplicissime pilosus.

PENTANTHERIA. MONOSTYLIA. 321

*ra, quæ sagittata. Flores parvi, erecti: calyx sa-
pius glaber, ante florescentiam vix incanus. Semi-
na pappo sessili. Variat caule, foliis, calyceque bir-
sutis, pro loci solique diversitate. An satis distin-
cta à Crep.-Dioscoridis Linn.? An hæ duæ tanquam
ejusdem speciei varietates putandæ, et ideo in unam
conjugendæ?*

2. CREPIS intybacea.

C. Foliis radicalibus runcinatis, sive sublanceola-
tis: pedunculis extremis binis ternisve, subco-
rumbosis; fructificantibus revolutis: pappo sti-
pitato. Broter. Phyt. Lusit. fasc. 1. n. 12.

Lusit. *Almeirão*.

Hab. in cultis pinguisibus, in solo calcareo, humo-
so, et ad vias circa Conimbricam, Olisiponem et
alibi. Flor. mensibus vernis. Ann.

195. TOLPIS.

(*Gaertner*, et *La Marck*.) Calyx dupli-
serie polyphyllus, subæqualis, squar-
rosus, basi circumvallatus foliolis se-
taceis, sparsis, per maturitatem fal-
cato-incurvis: radii semina, corona
brevi, ciliata, simpliciter instructa;
disci, pari corona insimulque setis,
una, duabus, aut quatuor, termi-
nata.

1. TOLPIS barbata.

T. Foliis radicalibus oblanceolatis, dentatis: cau-
le ramoso: pedunculis sub calyce barbatis.

Lusit. *Leituga*.

Crepis-barbata Linn.

Ss

Hab.